

XVI.

In Dominica Processionis Indulgentiarum plenaria.

Confratribus, & Sororibus Confraternitatis SSime Trinitatis, & Sancte Marie de Remedio in Ecclesiis dicti Ordinis, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti processioni in una Dominica cujuscumque mensis in dictis Ecclesiis Ordinis fieri solite interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem.

XVII.

Recitantibus quotidie per annum Salve Regina septem anni.

Et quia ad consequendas Indulgentias, de quibus numero x. ordinat Summus Pontifex, ut post tres Orationes Dominicas, & tot Salutationes Angelicas, cum versiculo Gloria Patri, etiam versiculi, & nonnulla responsoria dicantur a Superioribus predicti Ordinis assignata, poterit dici una Salve Regina.

In quibusdam festis Indulgentia plenaria.

Indulgentia a fel. rec. Clem. PP. X. concessa. Clemens PP. X. Confratribus, & Sororibus vere poenitens, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis, aut Confraternitates, vel Oratorium ejusdem in quibuslibet infra scriptis diebus devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesie exaltatione, pro Captivorum libertate, & eorum in fide perseverantia pias ad Deum preces effuderint, scilicet in Nativitatis, & Purificationis B. Marie Virginis Immaculate, in Sanctorum Michaelis Archangeli, Clementis Pape & Martyris, Inventionis Sancte Crucis, Nativitatis Sancti Joannis Baptiste Festis diebus, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem. Similiter in Sanctorum Joannis de Matha, & Felicis de Valois Patrum nostrorum diebus Festis Ecclesie Ordinis visitantibus Indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem.

Visitantibus Ecclesiis Ordinis, &c. Indulgentia Stationum.

Idem Clemens PP. X. Confratribus, & Sororibus Ecclesie Ordinis, aut Confraternitatis, vel Cappellas, aut Oratoria ejusdem visitantibus, Indulgentias Stationum Urbis in Missali Romano expressarum, in diebus earundem Stationum concessit.

Translatio Indulgentiarum ad alios dies.

Denique Indulgentia plenaria in S. Michaelis Archangeli, S. Clementis PP. & Martyris, Inventionis S. Crucis, ac Nativitatis S. Joannis Baptiste Festis diebus pridem concessa modo ad alios quatuor, videlicet, diem Cinerum, secundam Dominicam Octobris, Sancte Catharine Virginis & Martyris, & S. Agnetis secundo dies translata fuerunt, prout ex Brevis SSimi Domini Nostri Innocentii PP. XI. sub die 14. Decembris 1678. expedito constat.

Confratrum, & Sororum Obligationes. Gestare debent Scapularium.

Confratrum, & Sororum Obligationes. Confratres, & Sorores nostri habitum, seu Scapularium parvulum ex lana alba, Cruce rubra, & cerulea munitum ab aliquo ejusdem Ordinis Superiore benedictum sumere, & super se gestare debent, quando vero Scapularium scissum erit, ejusque amissa forma, renovatur, eique nova Crux apponitur, & de novo benedicatur, prout quando novum sumitur.

Tenentur servare tantum mandata Ecclesie.

Ad predictas Indulgentias consequendas, non tenentur Confratres, & Sorores predicti ad

emissionem voti, carnis abstinentiam, & jejuniorum observantiam ultra ea, que ab Ecclesia mandantur.

Ut eadem Indulgentia lucrifiant, orationes recitare, & opera a Pontificibus prescripta exercere necesse est, diversa Indulgentia pro diversis Orationibus, & operibus conceduntur. Itaque Confratres, & Sorores quotidie quasdam Indulgentias lucrari facile poterunt, si tamen preces recitare, vel opera predicta exercere omiserint, non peccabunt.

Quinque dies benedictionis, & absolutionis generalis (licet a culpa proprie non absolvatur, juxta declarationem fel. rec. Clementis VIII.) sunt feria quarta Cinerum, feria quinta majoris hebdomade, S. Catharine Virginis & Martyris, SSime Trinitatis, & S. Agnetis secundo dies Festi, in quibus bona, & suffragia Religionis communicantur solis Confratribus, & Sororibus Confraternitatis, qui vere poenitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti genuflexi hujusmodi functioni in Ecclesiis Ordinis peragenda interfuerint. Quia vero Confratres, & Sorores Schedulis impressis, vel manuscriptis invitari non solent suo tempore, & debita preparatione convenire procurent, ut tot honorum participes fiant, Clemens VIII. Const. 85., formam vero benedictionis generalis prescripsit Clemens PP. X., prout in Brevis XI. Febr. 1773.

§.2. Die 28. Novembris 1679. Sacra Congregatio Summarium hoc a se recognitum approbavit.

A Card. Homodeus Loco * Sigilli Michael Angelus Riccius Congregationis Secretarius.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, firmiora sint, & ferventur exactius illa, que Apostolice Sedis prefate munimine corroborantur; nobis propterea dictus Josephus Procurator Generalis, dilecti etiam filii moderni Ministri Generalis Ordinis prefati nomine humiliter supplicari fecit, ut in premillis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§.4. Nos igitur ipsos Ministrum Generalem, & Josephum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, preinsertum Summarium Indulgentiarum a memorata Cardinalium Congregatione recognitum, & approbatum, ut prefertur, auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus pariter, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus.

§.5. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: si que in premillis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctori-

Ut predictas Indulgentias consequatur, prefate debent a Pontificibus prescripta.

Curent inter se benedictionem, & Absolutionem generalem.

Approbatio Sacre Congregationis.

Preces Ministri, & Procuratoris Generalis Ordinis.

Confirmatio Pontificis re-lati Summarii.

Clausula.

fortitate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, que haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die X. Febr. MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXXI.

Dat. 15. Febr. 1680. An. 4.

Extenditur Festum B. Marie de Mercede cum Officio, & Missa Religiosorum ejusdem Ordinis ad universum Clerum Regnorum Hispaniarum, & Provinciarum Regis Catholici.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optime meritorum studia ad promovendam in suis Regnis, & Ditionibus pietatem laudabiliter tendentia paterna charitate libenter exaudimus, ac favoribus, & gratis prosequimur opportunis.

Preces Caroli Regis Catholici.

§.1. Cum itaque sicut pro parte charissimi in Christo filii Caroli Hispaniarum Regis Catholici nobis per dilectum filium nobilem Virum Gasparem de Haro, y Guzman Marchionem de Carpio pro eodem Carolo Rege apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem nuper expositum fuit ipse Carolus Rex pro summo pietatis studio, quo Sanctissimam Virginem Dei Genitricem Mariam prosequitur, festum ejusdem Beatissime Virginis Marie de Mercede, cum Missa, & Officio proprio sub ritu duplici, quibus Religiosi Ordinis de Mercede Redemptionis Captivorum ex indulto Sedis Apostolice, & juxta approbationem Officii hujusmodi noviter a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sancte Romanae Ecclesie Cardinalium Sacris Ritibus prepositorum die decima octava Martii proxime preteriti emanati utuntur, in omnibus Hispaniarum Regnis, Ditionibus, Dominiis, & Provinciis sibi subjectis quotannis celebrare possent plurimum desideret. Nos piis ejusdem Caroli Regis votis, & supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus etiam accesserunt preces dilecti filii Josephi Linas in Sacra Theologia Magistri, dicti Ordinis Procuratoris Generalis, quas ejusdem Ordinis super ea re quoque nobis humiliter porrexit favorabiliter quantum cum Domino possimus annuere cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, ut Missa, & Officium hujusmodi sub ritu duplici singulis annis Dominica proximiori Calendis Augusti ab omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus, tam secularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur in omnibus Hispaniarum Regnis, Ditionibus, Dominiis, & Provinciis predicto Carolo Regi subjectis celebrari, & recitari respective libere, & licite possint, & valeant

Item Procuratoris Generalis Ordinis Extensio predicti festi Dominicae proximiori Calendis Augusti ab omnibus celebrandi.

auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§.2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari. Sicque in premillis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, que haberetur ipsis presentibus si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Februarii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXXII.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum de Cadaveribus eorum, qui sibi sepulturam elegerunt in Ecclesiis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiae.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sancte Romanae Ecclesie Cardinalium Sacris Ritibus prepositorum, ad supplicationem dilecti filii Caroli Felicis a Sancta Teresia Procuratoris Generalis Congregationis Italiae Fratrum Ordinis Beate Marie de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, Decretum tenoris qui sequitur, videlicet. Sacra Rituum Congregatio ad preces Patr. Fr. Caroli Felicis a Sancta Teresia Procuratoris Generalis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiae, porrectas per Eminentissimum & Reverendissimum D. Cardinalem Alterium, inhærendo Brevis fel. rec. Urbani Octavi sub dat. die 24. Julii 1641., & Decreto ejusdem Sacre Congregationis emanato die quarta Martii 1673. ad favorem Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini gratiam benigne extendendo concessit, ut in posterum Corpora Defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiae Sepulturam sibi elegerunt, non esse prius ad Ecclesiam Parochialem deferenda, sed Parochos teneri Cadavera suorum Parochianorum levare e loco ubi asservantur, & associare usque ad portam Ecclesie prefatorum Regularium, etiam ipsis Regularibus non associantibus, nec Parochos se ingerere posse in faciendo super iisdem Cadaveribus officium, in Ecclesiis prefatorum Regularium, sed ad ipsos Regulares in propria Ecclesia spectare, & pertinere. Et ita in omnibus, & singulis Conventibus prefatorum

Clausula.

Dat. 17. Mar. 1680. An. 4.

Preces Procuratoris Generalis emanavit.

Decretum Congregationis Rituum, quo statutum fuit, prepositorum Cadavera defuncta in Ecclesia Regularium, ad quos dumtaxat spectat reliqua peragere.

ac in unum volumen redactæ tenoris, qui sequitur, videlicet.

Constitutiones Clericorum Secularium in commune viventium.

PROÆMIUM.

Hoc Institutum servat Apostolicam vivendi formam.

Finis hujus vite Clericalis non est novum Institutum, aut Religionem introducere; sed ipsum statum Clericalem, & Ecclesiasticum a Christo fundatum, & ab Apostolis observatum sub immediata RR. Ordinariorum potestate, omni profusa exemptione seclusa, vere amplecti. Ut vero primæva, ac genuina prædicti status honestas tutius, & sanctius conservetur, Sacerdotes hujus vite juxta antiquos Ecclesiæ Canones, secluso feminarum consortio, bini, terni, vel vel etiam plures, simul sub privata, & œconomica quadam unius Superioris directione, ac inspectione vivant, & bona sua Ecclesiastica, in communes pios usus conferant: atque sic, & privatam suam, & animarum sibi commissarum, æternam salutem graviter promovere studebunt, prout sequentes Constitutiones in certa capitula digestæ, uberius explicant. Illud porro sibi persuadeant, se Jurisdictioni Ordinariorum, in quorum Diocessibus pro tempore beneficia, vel domicilia obtinuerunt (seclusa omni exemptione) semper manere subiectos: quorum proinde, uti & præcipue ipsius S. Romanæ Catholicæ Ecclesiæ Matris nostræ Dogmata, Jura, Decreta, & consuetudines, pro viribus observabunt, atque defendent, quemadmodum a Clericis ea observari, & defendi par est. Ceterum Constitutiones hujus vite Clericalis in sex partes præcipue dividuntur. Prima est De cura propriæ salutis, & profectus in spiritu. Secunda: De communitate bonorum. Tertia: De fraterna cohabitatione. Quarta: De separatione Mulierum. Quinta: De Obedientia. Sexta: denique De cura Animarum.

De cura propriæ salutis, & profectus in spiritu.

Fides sit exacta, & prompta.

I. Cum fides sit fundamentum, & initium salutis æternæ sublato omni proprio judicio, captivantes intellectum suum in obsequium fidei Jesu-Christi, teneant promptam, ac paratam voluntatem omnibus iis fidem, & obedientiam præstandi, quæ vera Christi Sponsa, ac S. Mater nostra Romana Orthodoxa, Catholica Ecclesia, credenda, aut facienda declaravit, vel in posterum declarabit.

Finis actionis Deus.

II. Per rectam intentionem in omnibus suis actionibus sincere gloriam Creatoris sui spectent, curentque, quantum in se erit non solum se ipsos, verum etiam omnes alios, ad servendum divinæ Majestati excitare propter ipsam, & propter nimiam charitatem, qua prior dilexit nos, neque in ulla re se ipsos querant, sed in omnibus creaturis, quemadmodum & in semetipso Creatorem suum, & omnes in illo diligant.

Quomodo passionibus occurrendum.

III. Unusquisque perspectas habeat animi sui profectiones, & antevertere noverit tentationes, opponendo ipsis remedia, quæ quibus sibi cum divina gratia comparare, & in promptu habere laborabit, insistentem se ad ea, quæ sunt

contraria peccatis, & profectui Spiritus conducent, ut si quis animadverterit, se ad superbiam, aut iram, aliamve passionem esse propensum, is exerceat se in rebus abjectioribus, querat ea, quibus patientiam exercere, aut alii vitiosa profectioni resistere possit.

IV.

Ad virtutes solidas hominis sui interioris pro viribus enitentur; præcipue vero studeant in sui ipsius cognitione, veraque abnegatione, & Christiana simplicitate, in humilitate, patientia, & charitate, timore Dei, cum prudentia, & discretionem plurimum excellere.

Ite ad solidas virtutes.

V.

Propter amorem Christi Salvatoris sui libenter debent ferre injurias, persecutiones, contumelias, & quævis opprobria, imo ex animo gaudere, si gratis odio habuerit eos Mundus, & contempserit: quæ omnia eo ardentius complectentur, quod sciant iisdem insignibus Dominum, & Magistrum suum fuisse spectabilem.

Exercenda Patientia.

VI.

Cum ex sola voluntatis affectione (quantumvis etiam spiritali) vel subita boni, ac sive apprehensione ad agendum, vel omittendum, præcipitanter, & quæ data porta, ruere maxime semper sit periculosum, ideo affectus suos, etiam spirituales, ita refrænent, ut neque in agendo, neque in loquendo sint inconsiderati, aut præcipites, sed re prius in oculis Dei discussa, pensent, quæ honestas, utilitas, necessitas, & veritas rebus agendis, vel omittendis subsit, quæve commoda, aut incommoda ex iis sint nascitura.

Considerate agendum.

VII.

Temperantiam in cibo, & potu ad majus Dei obsequium, & perfectiorem carnis subjugationem, unice cordi habeant, & sancte semper contentur observare. Hinc convivium, quantum fieri potest, domi, forisque evitent; si vero humanitas, vel Christiana Charitas subinde aliud prudenter suaserit, ex Superioris arbitrio stabit, quid hac in re cum adificatione permittendum sit: nemo proinde hinc citra jussionem se ingerat, aut proprio motu ad aliquod convivium accedere præsumat.

Sit cordi Temperantia.

VIII.

Quando itinerantur, apud hujus vite Sacerdotes divertant, quod si in eorum defectu diverforium aliud eos capere necesse fuerit, memores sobrietatis, & frugalitatis, diligenter caveant, ne cibi, & potus abusu, animæ puritati, & proximorum adificationi aliquid officiant.

Apud quos divertendum in itinere.

IX.

Quia otium pulvinar Diaboli, & vitiorum carnis, aliorumque plurimorum malorum mater esse noscitur; omni modo sibi prospiciant, ut semper, etiam extra statutas exercitationes ordinarias, honesta aliqua actione sint occupati, quem singuli pro capacitate sui ingenii, & Superiorum directione suscipiant.

Vitandum otium.

X.

Statutis exercitiis diligenter suam tempus tribuant, uniformitatem omnes servent, & semetipsos utiliter de die in diem in sincerum servitium divinæ Majestatis impendant: hinc quantumvis aridi sint, & desolati fortiter nihilominus iisdem insistant, scientes, etiam absque stipendio cœlestium consolationum, voluntati divinæ obsequium rationabile præstare, ejusque providentiæ, & nutui, perfecta quadam voluntatis sue

Exercitiis cōstiter concedendum tempus.

XVIII.

Caveant Sacerdotes sese negotiis secularibus, aliisque rebus ad se non pertinentibus immiscere, & si quam causam civilem habuerint, sublimioris status sui intuitu in Judicio personaliter non compareant, sed utantur Procuratore, quod si vero urgente necessitate, causam Viduarum, pupillorum, aliarumque miserabilium personarum suscipere charitas suaserit, non faciant id absque licentia Superiorum, in iis autem suo dumtaxat consilio adjuvantis, memores sint modestiæ, & erga partes litigantes reconciliandæ charitatis.

Modus in negotiis secularibus servandus.

De Communitate Bonorum.

XIX.

Communitas bonorum hujus vite Clericos, & Sacerdotes obligat, ut redditus suos Ecclesiasticos, quocumque titulo obvenientes, quorum tamen libera dispositio de jure ad eos pertinet, in communes pios usus conferant, collatione stabiliter in vita, & post mortem duratura (salvis juribus Sanctæ Sedis Apostolicæ, & RR. DD. Ordinariorum) quam eo ipso facere censentur, dum vitæ huic communi se aggregant. Hanc porro communitatem bonorum eo ardentius coli decet, quod Christus Dominus cum Apostolis suis eam tenuerit, in Ecclesia Dei diu vigerit, & Sacri Canones tam sancte ad eam hortentur. Igitur in Authorem Vitæ Jesum Christum jugiter respiciant, & memores se ad vendicandam veram libertatem filiorum Dei, & adipiscendas divitias gloriæ ejus totum thesaurum suum in Cruce Domini suspendisse, laborent omnem affectum, & inordinatam animi sollicitudinem erga res temporales sic extirpare, ut solus Christus Crucifixus, velut summum bonum, uniuscujusque præcordia abundanter impleat.

Redditi Ecclesiastici in communes pios usus conferantur.

XX.

Quapropter ut in majori parte domestica, & quiete animi, Deo sibi proximo vacare possint: ubi plures simul habitant, unus eligatur, qui Beneficiorum, & functionum Ecclesiasticarum redditus e manibus Sacerdotum sibi cohabitantium recipiat, & singulorum necessitatibus ex æquo prospiciat, atque de receptis, & expensis suo tempore superiori ordipatam rationem reddat.

Horum Admittere unus eligatur.

XXI.

Habitatio, victus, vestitus, lecti, pro diversitate locorum uniformiter sic accommodentur, quemadmodum servos, & Ministros Dei, & Ecclesiæ decet: infirmorum tamen semper habitatio sine expresso consensu superioris nihil de novo in aliud domicilium transferatur: hinc caveant Hospites, itinerantes, aut qui alio commigrant ne quid, sive ex Bibliotheca libros, sive ex Domo alias quascumque res, clanculum, & pro libito suo, secum accipiant, ob confusionem, & incommoda, quæ ex opposito consequuntur.

Quomodo subministranda necessaria.

XXII.

Qui Parentes, Fratres, & Sorores in necessitate constitutos habent, œconomiam suam ita instituant, & vivant, ut eos charitative juvare possint: ubi vero beneficiorum tenuitas id non patitur, ex dispositione Superioris, defectus aliunde supplebitur. Illi autem, qui ab ejusmodi onere juvandarum parentum, fratrum, sororum liberi sunt, ne arbitrentur rapinam id, quod ad obsequium pietatis, & necessitatis in suorum confratrum parentes, fratres, & sorores,

Adjuvari possunt contangui boni cœmuniibus.

sue cum divina confirmatione, in omnibus sese subijcere; quare constanter pergant, & ad devotionem in quibusvis difficultatibus se jugiter excitent.

XI.

In suis spiritalibus exercitationibus viæ ordinariæ, secundum communes prudentiæ, & discretionis regulas, insistant omnes, & ut se contra Dæmonis illusiones tueantur, Superiorum, & Confessoriorum ductum sequantur; norintque modos, tentationes, & insidias maligni Spiritus vitandi, & superandi.

Regule vite spiritualis.

XII.

Ad majorem in spiritu profectum, aut salutem ad necessariam illius conservationem, omnes quotidie in meditationem secundum exercitium trium Animæ potentialium, vel affectivam lectionem ad minimum per mediam horam post Matutinas preces incumbant, ad quam se pridie Vespere per horæ quadrantem præparaverint, eam potissimum ex vita Christi, & Sanctorum materiam seligentes, quam sibi singulis magis profuturam existimabunt.

Quid in exercitiis profectus quaerant.

XIII.

Debeant omnes quotidie celebrare, & ita vivere, ut digne celebrare possint: idcirco summo studio contentur conscientiam suam ab omni, etiam minima labecula mundam servare: mortalem culpam plusquam faciem colubri formidantes. In hunc finem ad minimum semel in Septimana sua peccata integre confitebuntur, idque alias toties faciant, quoties necesse fuerit, & quotidiana tantorum Mysteriorum tractatio requisiverit.

Quotidie digne celebrandum.

XIV.

Ubi non est Chorus, Breviarium Romanum, aliaque preces consuetas, unacum conscientie examini, simul eodem loco, & tempore cum debita attentione, & devotione, in Creatoris sui laudem perfolvere adlaborent.

Ubi preces solvenda.

XV.

Lectioni, studio, ac meditationi Sacrarum Scripturarum ea sedulitate, ac frequentia invigilabunt, ut huic tam sancto exercitio, ultra tempus Matutinæ meditationis, vel lectionis supra nominatum, saltem unam adhuc horam quotidie impendant; & ad majorem fructum inde percipiendum Sanctorum Patrum, probatorumque interpretum explanationem desuper adhibeant.

Sæpe legendæ Sac. Scripturæ, & Interpretes.

XVI.

Præter statuta exercitia quotidiana, omnes, & singuli cujuscumque Districus Sacerdotes, in loco a Superioribus assignando, quotannis recollectioni spiritus sui per certos dies vacabunt: ad quam etiam extra hoc præscriptum parati esse debent, quando eam Superiores illis, aut utilem, aut necessariam esse judicaverint.

Quoties exercitia fiant.

XVII.

Non solum æquo animo accipiant, si ad majorem in virtutibus progressum, proprii defectus ipsis a Superioribus fuerint intimati: verum etiam ad aliorum correctionem viam sternant: quare si quis grave delictum, & tentationem, vel ejus periculum in altero notaverit, de hoc Superiorem, vel fideliter moneat, vel saltem desuper interrogat veritatem aperiat, ut ipse pro paterna in suos cura periclitantibus convenienti remedio possit succurrere.

Admonitiones excipienda, & promovenda.

Regularium Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiae ubique existentibus servari mandavit, quibuscumque decretis ejusdem Sacrae Congregationis, & aliis in similibus editis in contrarium non obstantibus. Hac die vigesima septima Januarii 1680. Caeſar Cardinalis Facchettus. Loco * Sigilli. Bernardinus Cafatius Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Preces Procuratoris Generalis.

§.1. Cum autem sicut dictus Carolus Felix Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communitari summopere desideret: Nos ipsum Carolum Felicem Procuratorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio solati Decreti.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubicumque locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XI. Martii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXXIII.

Conceduntur privilegia Cappellanis communibus Sanctitatis suae.

Hinc similes sunt Constitutiones Clem. X. die 6. Octobris anno 1670. P. 1. & Alexandri VIII. die 2. Augusti anni 1690. P. 1.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nomina Cappellanorum.

G Rata familiaritatis obsequia, quae dilecti filii Joachinus Tenaccolus Presbyter Civita-

tis Castelli, Canonicus Collegiatae Ecclesiae Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de Urbe, ac Carolus Emidius Ridolphus Asculanus, Joannes Pasqua Anagninus, Hieronymus Ferrarius, & Hercules Tornellus Novariensis, respective Civitatum, vel Dioecesium, ac Joannes Dominicus Cozzardus Romanus, Presbyteri moderni Cappellae nostrae Pontificiae Cappellani, familiares nostri, Nobis, & Apostolicae Sedis haecenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum, merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniiis juvari percipimus, Nos inducent, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Hinc est, quae sequuntur vide in laudatis Constitutionibus.

Datum Romae apud S. Petr. sub Annulo Piscatoris die XIII. Martii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXXIV.

Confirmantur Statuta Congregationis Gallicanae Canonicorum Regularium Sancti Augustini de acceptione Beneficiorum in titulum, & ab iisdem amotione.

Dat. 15. Maji 1680. An. 4.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

P Astoralis Officii, quod auctore Deo gerimus, cura animum nostrum sollicitat, ut conservanda, atque solidanda inter veros Religiosos vota sua Altissimo in sanctitate, & Iustitia reddere satagentes, regulari disciplinae peculiari studio incumbamus, ac proinde ea, quae ab illorum Superioribus consimili statuta esse dicuntur consilio, ut firma, atque illibata persistant, Apostolici muniminis praesidio libenter corroboramus.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Gauhiot Procurator Generalis Congregationis Gallicanae Canonicorum Regularium Ordinis Sancti Augustini, quod cum Parochiales Ecclesiae, aliaque beneficia Regularia Ordinis, & Congregationis hujusmodi magno numero in Gallia reperiantur, quae per Canonicos Regulares ipsius Congregationis in titulum obtineri solent, quia tamen ad tuendam regularitatem observantiam, promovendamque Christianissimum spirituale utilitatem, atque adificationem magnopere expedit ejusmodi beneficiis per personas idoneas, ac doctrina, & vitae; morumque probitate conspicuas deserviri, nec ullam aliquibus dictae Congregationis Canonicis Regularibus, qui disciplinae regularis, debitaque erga suos Superiores observantiae forsitan pertesa sint, relinqui occasione per favores, aliaque vias minus canonicas procurandi, ut ad dicta beneficia promoveantur, illaque retineant, tametsi qualitatibus ad id requisitis praediti non sint, eisque eorumdem Superiorum voluntas hac in re adverteretur. Ideo per Constitutiones Congregationis praedictae, ac pluries per Decreta Capitulorum generalium ipsius Congregationis communi consensu statutum fuit, ut nullus Canonicus Regularis ejusdem Congregationis debeat, nec possit

Causa Statutorum.

Statuta, ne quis beneficia acceptet sine licentia Superioris Generalis, neque huic ab eis amovendi reser-

possit obtinere, nec acceptare quodcumque Beneficium absque licentia, & obedientia sui Superioris Generalis, utque quilibet Canonici regulares Beneficiati, qui ab eodem Superiore Generali, etiam non dictis causis, revocati fuerint, obedire, & reverti debeant.

Congruentia sunt Constitutionibus Apostolicis, & Concilio Tridentino.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, statuta hujusmodi Constitutionibus fel. rec. Clementis III., Coelestini III., & Benedicti XII. Sixti IV. Julii II., & Urbani VIII. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum ad favorem Congregationis, & Ordinis praefatorum respective emanatis, aliisque literis Apostolicis pro Ordine Praemonstraten. editis, necnon Concilii Tridentini Decretis conformia, ac ad conservandum in praefata Congregatione Gallicana regularis disciplinae vigorem perutilia, immo necessaria existant: Nobis propterea praefatus Joannes Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Procuratoris Generalis.

§.3. Nos igitur ipsius Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio statuta praefata, utpote rationabilia, atque ad restituerandam, retinendamque Regularem disciplinam opportuna auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus. Illorum autem Canonicorum Regularium dictae Congregationis Gallicanae, qui statuta huiusmodi transgredi praesumpserint, beneficia ipso facto vacare, ac de illis per Sedem Apostolicam, vel alios, ad quos id de jure spectet, libere disponi & providere posse, debere, & auctoritate, & tenore praedictis, decernimus, & declaramus.

Confirmatio praedictorum Statutorum, sub poena privationis Beneficiorum.

Clausula.

§.4. Decernentes pariter easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit dictae Congregationis Gallicanae, & Ordinis praefatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis ha-

bentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XV. Maii MDCLXXX. Pontificatus nostri Anno Quarto.

LXXXV.

Approbantur Institutum, & Constitutiones Clericorum Secularium in communi viventium sub immediata Ordinariorum jurisdictione.

Dat. 7. Junii 1680. An. 4.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

C Redite nobis divinitus Apostolicae servitutis ratio postulat, ut salubria Christianissimum in sortem Domini vocatorum Instituta, ex quibus uberes in Ecclesia Dei bonorum operum fructus assidue provenire noscuntur, ac Constitutiones pro felici, prosperoque illorum regimine, & progressu, pie, prudenterque factas Apostolici muniminis praesidio roboremus, piaeque illorum studia favoribus, & gratis decoremus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem in Domino arbitramur.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Clerici Seculares in communi viventibus, quod anno 1640. opera tunc in humanis agentis Bartholomaei Holtzhauser Vicarii tunc existentis Episcopi Chiemensis in Bavaria, ac ad Sanctum Joannem in Leogental Decani inchoatum fuit eorum Institutum, quod Deo opitulante in aliis Dioecibus, & Provinciis in dies usque in praesens adeo excrevit, ut non tantum a bono mem. Joanne Philippo dum vixit Archiepiscopo Moguntino, Sacri Romani Imperii Principe Electore, sed etiam ab aliis pluribus Archiepiscopis & Episcopis fuerit in eorum Dioeceses receptum, & expresse approbatum, ac ab iisdem per proprias Literas, prout etiam a Charissimo in Christo Filio Nostro Leopoldo Romanorum Rege in Imperatorem electo, & a bono pariter me. Maximiliano I., & Ferdinando Maria dum vixerunt utriusque Bavariae Ducibus ejusdem Sacri Romani Imperii Principibus Electoribus, huic S. Sedi Apostolicae instantissime commendatum extiterit. Cum autem sicut eadem Expositio subjungebat, Institutum praedictum sub immediata jurisdictione Ordinariorum, ac directione unius Superioris Praesidis, prout modo dicti Exponentes eidem subsunt, omni prorsus exemptione seclusa, salubriter ordinatum, ac pro felici ipsorum Exponentium, & Instituti hujusmodi directione, rectaque juventutis institutione nonnullae Constitutiones factae fuerint, quae per Congregationem nonnullorum ex Venerabilibus S. R. E. Cardinalibus super hoc negotio a nobis specialiter deputatam, revisa, & in nonnullis correctae fuerunt,

Ordo & progreſſus dicti Instituti.

Subiecti sunt Ordinatio, & jurisdictioni, ac ut supra dicta, nec non quibusdam Constitutionibus Congregationis Cardinalium correctae sunt infra.

ac in

rores, ab eodem Superiore commendatos expenditur: verum sibi persuadeant (cum charitati fraternae omnia sint communia) in suos impendi unde qui non habent parentes, fratres vel sorores in necessitate constitutos, sint tanquam habentes, gratiasque Deo agant, quod hac libertate eos donarit.

XXIII.

Ceterum communitas bonorum hujus vite clericalis, prout supra insinuatim procedit solummodo de bonis intuitu munium, functionum, ac reddituum Ecclesiasticorum quomodolibet quaesitis, bona autem patrimonialia sub libera cujusque dispositione relinquuntur, cum hoc tamen moderamine, ut in iis dispensandis prima, ac potissima pauperum consanguineorum ratio habeatur, bono nihilominus communitatis nostrae clericalis non praeterito. Ad evitandam vero omnem in hac disciplina Clericali, & pace domestica confusionem, & alia incommoda, hujusmodi dispositiones patrimonialium diligenter consignentur, & superiori quoties ipsi videbitur, desuper ratio reddatur; lites vero, si quae super dictis bonis patrimonialibus movebuntur, non a Sacerdotibus in persona, multo minus nomine Communitatis, sed per Procuratores coram Tribunalibus agitentur.

De Fraternali cohabitatione.

XXIV.

Duo, tres, vel etiam plures Clerici, pro locorum qualitate (conformiter antiquis Ecclesiae Canonibus) eadem in domo, ac mensa pie, sobrie, caste, & fraterne cohabitent, nec facile aliquis solus exponatur, nisi locorum distantia postulet, & eaque sit Parochialium proventuum, tenuitas, ut duo cohabitare non possint: tales vero soli exponantur, qui eam vitam morumque constantiam probaverunt, ut solitudo nihil periculi secum trahere merito credatur.

XXV.

Ut autem hujus vite socialis disciplina, vitato otio, sanctius continetur, & simul major proximo utilitas accrescat, teneros Adolescentes in bonis moribus, & literis, eo usque informabunt, prout singulorum capacitas, opportunitasque locorum permiserit.

XXVI.

Ne tamen ipsi Clerici notitiam studiorum Theologicorum, & controversiarum in scholis acquiritam deperdant, se se, etiam postquam ad Animarum curam, aliasque functiones Clericales applicati fuerint, in praedictorum studiorum exercitio diligenter occupabunt, & subinde in loco deputando, per repetitiones, & conferentias desuper instituendas, aliquid suae industriae, ac profectus speciem exhibebunt.

XXVII.

Fraternam charitatem, & unionem sedulo observare nitantur, supponentes se mutuo in charitativa patientia, & infirmitatis propriae recordatione, quemadmodum Nos, & totum mundum in peccatis innumeris divina bonitas benignissime sustinet.

XXVIII.

Quilibet Sacerdotum, quavis hebdomada pro summo Romano Pontifice, & occurrentibus S. Ecclesiae necessitatibus, necnon pro incremento hujus vite Clericalis, & singularibus ejus Be-

Communitas... consentur... a patrimonialia.

Omnino in casu... quis solus habitare possit.

Erudiantur Adolescentes.

Alii se exercent in acquisitis disciplinis.

Mutuum charitatem fervent.

Pro quibus Missas celebrare debent.

nefactoribus unam Missam faciat. Mensura vero sacra duo (unum quovis in loco pro ejusdem Ordinario, alterum pro Defunctis Confratribus, & Benefactoribus) a singulis celebrentur. Quotiescumque etiam continget aliquem ex dictis Confratribus a vita decedere, praeter consuetas exequias, quae in sepultura loco peragentur quivis Sacerdos hujus vite pro salute animae ejusdem, tria sacra legat, preces, & alia pietatis opera cujuscumque libertati relinquuntur.

De Separatione Mulierum.

XXIX.

Cum Sacerdotes quotidianum Christi Domini receptaculum sint, arctissimam castitatis custodiam omnes habeant, evitendo Angelicam puritatem imitari, ad quam obtinendam portas sensuum occludere, omnesque occasiones, & privata cum Mulieribus commercia diligentissime fugere studeant.

XXX.

Quare nullae Mulieres cum hisce Sacerdotibus in eadem Domo habitent, sed quantum fieri potest, in administratione Domus, & culinae, opera virorum utantur; si tamen familiae rusticae, vel alia inevitabilis necessitas, mulierum famulitium requirat, matres, vel sorores si haberi possint, vel saltem tales excipiantur, quas vite, morumque honestas commendat, ea nihilominus separatione facta, quae Superioribus videbitur fore sufficiens, & necessaria.

De Obedientia.

XXXI.

Viam regiam Sanctae illius obedientiae omnes teneant, quam locorum Ordinariis exhibere Clerici Sacerdotes communiter tenentur: quemadmodum haec vita Clericalis ab origine sui, sine exemptione, illorum Jurisdictioni se subijcitur sancte servavit, observare deinceps perpetuo debet. Praeterea omnibus, & singulis dictae vitae constitutionibus, ac omnibus illis, quae eorum superiores rationabiliter in Domino mandaverint circa actiones, & functiones suas privatas, & economicas, perfectam obedientiam, non solum opere, verum etiam voluntate, & intellectu, praestare pro viribus nitantur, salva semper in omnibus Ordinariorum autoritate, & Jurisdictione.

XXXII.

In obtinendis, vel retinendis beneficiis non proprium suum arbitrium, vel commodum spectantes, promptum semper, & paratum animum habeant, vel manendi, vel alio eundi: sic tamen, ut in acceptatione ac dimissione, seu renunciatione ejusmodi beneficiorum, ordo debitus, uniuscujusque Dioecesis consuetudo semper observetur.

XXXIII.

Secundum subordinationem superioritatis, & inferioritatis uniuscujusque conversatione sua, vel officio, ab alio dirigi patiat: si quis tamen, forte irrationabili, & indiscreto imperio gravetur, ad superiorem recurrat, qui pro sua discretionem in Domino remedium aferet.

XXXIV.

Superioribus suis necessitates candide aperiant, & amotis suspitionibus, eorum dicta, & fa-

Verantur privata cum Mulieribus commercia.

Item cohabitationis nisi ad sit necessitas.

Parent locorum Ordinariis, Superioribus, & Constitutionibus.

Prompti sunt ad dimittenda beneficia.

Gravati ad Superiores confugiant.

De Superioribus bene sentiant, nec contra eos quicquam molantur.

& facta, ita accipiant, ut semper in meliorem partem interpretentur, etsi propriae voluntati & Iudicio contraria esse videantur; maxime vero caveant murmura, & factiones contra superiorum dispositiones excitare, haec enim mutuum charitatem scindunt, bonum regimen disturbant, & instar pestis corpus vivesque Communitatis inficiunt, ac divino spiritui adversantur.

De cura Animarum.

XXXV.

Cum pro nostra vocationis scopo habeamus, juxta normam SS. Canonum (quo ad ejus fieri poterit) & vite Ecclesiasticae honestatem, puritatemque vivere, & simul per functiones Parochiales Dei honorem, & salutem animarum, sincere atque vigilanter, cum propriae perfectionis studio, per Dei gratiam promovere; idcirco Sacerdotes hujus vite singulari industria dictam animarum curam exercent, & quidem ea ferventi charitate, ac sollicitudine, ut neque in verbo, neque in opere, aut exemplo bono aliquid desideretur, quod ad oculos sibi concreditas, etiam cum extremo vite periculo, rite pascendas conducere possit.

XXXVI.

Sacramentorum itaque administrationem, sacrarumque caeremoniarum functiones, cum decenti gravitate, & veneratione peragant. Ritus etiam ubique illos observent, quos Romana Ecclesia, & locorum Ordinarii praescripserint.

XXXVII.

Ad frequentem usum Sacramentorum, poenitentiae, & Eucharistiae populum fervide adhortentur, necessitatem, vim, & effectus eorum explicando, maxime vero invigilent, ut agroti Sacro Viatico, & extrema unctione mature provisi, ex hac vita decedant.

XXXVIII.

In praedicando Evangelio Christi, solius Dei gloriam, & animarum salutem spectantes, ab omni invidiarum genere, & acrimonia verborum in particulares personas abstineant, neque hominibus, sed Deo placere studeant; unde & ostentationem, & auditorium captivum accommodatos conceptus fugiant: ea semper in medium proferentes, quae pro diversitate auditorii sui populum in veritate Christiana erudire, aut in moribus corrigere, vel in charitate, aliarumque virtutum studio magis accendere apta sint, de quibus plura infra.

XXXIX.

In sensu simplicitatis, & veritatis Christianae abundantes, Ecclesiae traditiones, & sanctorum Patrum doctrinas, praecipue vero Sanctae scripturae libros summe aestiment, venerentur, & sibi familiares reddant, quos non ex propria sapientia interpretando, ad subtiles conceptus trahere, sed simpliciter ita proponere studeant, prout est utile ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in justitia, & prout Sancta Ecclesia, Sancti Patres, & Theologorum orthodoxorum consensus, sancte haec tenent intellexit, & etiam num intelligit.

XI.

Doctrina Catechetica ad rudiores, & parvulos in articulis fidei orthodoxae, & moribus Christiano homine dignis rite instituendos, singulis Dominicis in Ecclesiis Parochialibus uniformiter

Invigilent & observent Curam.

Hinc graviter & rite exercent functiones Ecclesiasticas.

Sacramenta saepe administratione curant.

Accommodate Evangelium exponant.

Scripturas praecipue usantur, quas interpretantur ex mente Ecclesiae Patrum, & Theologorum.

Singulis Dominicis Catechismum faciunt.

ex praescripto instituat, ut sic ex naturalibus ignorantiae tenebris ad lumen veritatis fidei, & in viam sanctae conversationis traducantur.

XLI.

Ad hoc plurimum juvabit, si scholas vernaculas (quae magnum, praeter alia commoda non pauca, doctrinae Catecheticae cum fructu profectum praesidium conferunt) ruri non minus, quam in Civitatibus omni studio, & sollicitudine instituendas curent, frequentius visitent, & ea quae in catechesi dicta, vel dicenda sunt, ludimagistrum parvulos suos docere jubeant.

XLII.

Ex vernaculis hisce scholis aliqui bonae indolis parvuli ad aedes parochiales assumantur; qui Sacerdotibus ad Altare inferviant, mensam ministrent, ad eamque scripturam sacram legant, canere, & latine loqui paulatim addiscant, in misteris quoque Christianae Fidei, timore Domini, ingenuis moribus, bonis literis, & aliis hujus vite Clericalis principis instruantur, sicque ad omnem pietatem, & morum honestatem ab ineunte aetate solite educentur.

XLIII.

Animarum fructum plurimum promoveri sciant, si parochiani sincera charitate foveantur, hinc agrotos frequentius visitent, eisque cum opus erit, ad ultimam luctam ex debito salutaribus monitis assistant, & confortent, pauperum vero pupillorum, viduarum, aliarumque miserabilium, & afflictarum personarum singulari quadam curam habeant, earumdem necessitates, & miseras, quantum fieri poterit consilio, opera, solatio sublevando.

XLIV.

In Parochiis suis nihil novi incipiant, nihil mutant; verum consuetudinibus laudabiliter habitent observatis insistant: maxime vero caveant, ne in ullam controversiam, praesertim cum Magistratibus se intromittant, nisi requisito prius Superiorum consilio, & impetrato consensu.

XLV.

Hanc Clericorum secularium vitam diligant, defendant, propagent, & in vocatione sua, tanquam generosi milites in statione, quibuscumque adversis non obstantibus, constanter perseverent, ac pro firmiore harum Constitutionum observatione, & custodia, quandoque colloquia instituant, quibus id efficiant, ne res suae, five spirituales, five temporales aliquid capiant detrimenti, & casu quo disciplinam dissolvi, vel oeconomiam periclitari deprehenderint, provido, maturaque consilio occurrant, quod ipsum assequenter facilius, si quis in examine privato, juxta statum, & conditionem suam super his Constitutionibus, cum proposito emendationis, diligenter se examinauerit.

XLVI.

Denique haec Constitutiones sub peccato, per se loquendo, non obligant, etsi quis ad hanc vitam clericalem servandam per juramentum se adstringat: solus autem ille perjurus censetur, qui proprio motu se ab hujus Clericalis vitae, & disciplinae statu separaverit.

Constitutiones Juventutis ad vitam Sacerdotalem, Clericorum secularium in commune viventium educanda.

PROEMIUM.

Finis hujus vite Clericalis est, & Clericos

Instituunt ubique scholas Vernaculas.

Ex quibus sibi assumant parvulos ad vices Clericales informandos.

Parochianos sincera charitate profectuant.

Nihil innovent, & controversias declinent.

Hoc Institutum propagent, & quibusdam modis custodiant relaxas Constitutiones.

Quis tamen non obligant sub peccato.

Scopus hujus Instituti Clericalis.

seculares in commune viventes in honestate, & disciplina Clericali conservare, & ingenuos adulescentes ad eandem educare; unde qui hic aluntur firmiter sibi proponere debent, quod Sacerdotes facti, sub disciplina hujus vite ad incrementum Ecclesie Catholice militare, & juxta propriam etiam aliorum salutem ex professo procurare velint. Quare, qui ad hujus discipline institutionem accedunt, sibi persuadeant, se vere in filios, & in membra hujus corporis suscipi: igitur seposito erga Domum paternam, & consanguineos inordinato affectu, eo magis Deum Creatorem suum, & spirituales suos parentes diligere debent, quo majora beneficia, & pretiosorem vitam omnino gratis ab ipsis accipiunt. Proinde hanc Clericorum secularium vitam, ut veram, ut charissimam matrem habeant, illius discipline ex animo se submittant, tradendo personas suas instituendas, & erudiendas secundum voluntatem suorum Superiorum, maxime vero ad perfectionem debitam, & gradum quendam excellentem communitatis bonorum, dilectionis fraternae, castitatis, & obedientiae ab adolescentia conentur, in quibus, veluti columnis tota structura hujus vite Clericalis subsistit. Porro Constitutiones hujus juventutis ad vitam Clericorum secularium rite educandae in tria potissimum puncta dividere visum est. Primum erit de pietate Christiana, alterum de morum honestate, tertium de studiis literarum.

De pietate Christiana.

Generaliores obligationes Adulescentum educandorum

Adulere debent Fidei articulos, Sacramentorum virtutes, & Ceremoniarum significationes.

Ut vincere possint tentationes vacare debent lectionem pietatis auctorum.

Severent sibi agnitione sui ipsius amore, & timorem Dei.

I. Articulus Fidei Catholice, eorumque fundamenta animis suis firmiter imprimere; item tam Sacramentorum virtutes, quam etiam significationes sacrarum Ceremoniarum, earumque congruitates probe addicere studeant, ex quorum deinde scientia intelligant solam Ecclesiam Catholicam caelestis sapientiae, & divinae veritatis, insuper & morum laudatissimorum in terris Magistrum existere, extra quam salvari impossibile sit.

II. Nosse propterea debent mundum, carnem, & diabolum esse tres animae nostrae capitales hostes, qui viam ad Caelum tanquam latrunculi obsidentes, suis hostilitatibus efficiunt, ut tota vita hominis sit militia super terram, ad quam viriliter oportet accingi. In hunc finem sibi omnis generis practica principia, ac media facilliora ex lectione, & meditatione sacra comparabunt, quibus concupiscentiae motus, aliaeque tentationes eludi, & muscarum instar possint ac debeant repelli; huic rei maxime deservient libri piorum Auctorum, quos pater spiritualis singulorum captui, atque profectui idoneos judicaverint.

III. Frequenter sibi inculcent humani generis vilitatem, vanitatem, fragilitatem, & nihilum, ut hujuscemodi cognitione, & quotidiana experientia agnitionem sui ipsius paulatim consequantur. Item tam beneficia Creationis, Redemptionis, & Sanctificationis, quam poenas eorum, qui istem abutuntur, sicut quatuor hominis novissima perpetuo ob oculos ponant, ut sic vel ad amorem Dei, gratique animi affectum, vel ad justum timorem Domini serio impellantur, super quae, tanquam firma Christianae vite fundamenta, omnium solidarum virtutum aedificium extruere oportet.

IV. Virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, Charitatis, & Cardinalium Prudentiae, Temperantiae, Fortitudinis, & Justitiae genuinam naturam practice addiscant. Ad haec in vera humilitate, patientia, abnegatione sui ipsius jugiter se exercent, omnesque suas actiones in vera discretionem instituere serio conentur, maxime vero quodnam in quavis virtute medium, & quoniam vitiosa extrema sint, sedulo indagant; alias enim juvenilis impetus, ob suam immoderatam vehementiam, experientia teste, facile, & plerumque ad extrema deflectit. Hic multum proderit, si quilibet aliquid temporis certo cuidam vitio, vel particulari defectui extirpando, & virtuti oppositae exercendae, juxta majorem suam indigentiam, & utilitatem, de consilio Patris Spiritualis, vel quoties sibi alias visum fuerit, impendat.

Se exercent in Theologicis, Cardinalibus, aliisque virtutibus.

V. Veram indifferentiam erga omnes res hujus mundi habeant, solum illud optimum existimantes, quod a Dei, & Superiorum voluntate dimanat: proinde promptam obediendi voluntatem, quae omnibus hanc vitam sectantibus maxime necessaria est, a juventute sibi comparabunt.

Quod ipse permittit, id tantum cupiat.

VI. Tam primam innocentiam, quam castitatem mentis, & corporis, ut pupillam oculi illibatam conservare satagant, proinde principis obtent, & omnes malas suggestiones sine cunctatione ex animo ejiciant.

VII. Ad sensum suorum tam interiorum, quam exteriorum custodiam pro viribus attendant, maxime vero ab auditione rerum torpium, tanquam a facie colubri, fugiant, & si fugere non possint, reprehendant, vel saltem serio apud se detestentur.

VIII. Oculos suos ab omni curioso intuitu sexus foeminei, aliarumque vanitatum, quae hominem fascinando inquinare, vel distrahere solent, solcite avertant. Hinc frenum timoris Domini sibi injicientes foris, & in templo oculos ab omni inordinata evagatione pro viribus cohibere nitantur, quod facilius consequentur, si presentiam Dei, & futurorum bonorum stabilitatem, respectu quorum haec caduca vilescunt, animo jugiter revolvant.

IX. Turpilologia, sicut & blasphemiae, procul arceantur, & si quis in his deprehensus, tertiarque vice correptus emendationem effective non demonstraverit, tanquam pestis e consortio innocentum ejiciatur.

X. Ne rerum singularium usu ad avaritiaeordes inclinentur, nemini licet pecunias proprias, aut res alias, clandestine possidere, & si quis a parentibus, consanguineis, tutoribus, & quibuscumque aliis simile quid acceperit, non sibi seorsim reservet, sed in communi custodia Superiori asservandum tradat. Hinc, etsi plures ad asservationem quarundam regularum studiose juventuti necessarium, singulis permittantur, Super-

Se exercent in Theologicis, Cardinalibus, aliisque virtutibus.

Quod ipse permittit, id tantum cupiat.

Custodiant in temperate intus, & corpore.

Refrangent sensus.

Oculos a noxiis averteant.

Ob modestiam inponant.

Detestentur avaritiam.

Superior tamen ad eos clavem magistram habebit.

Spirituali lectioni, vel meditationi vacent.

Missa sacrificio, interstitio, & interim nulla praestit.

Majores recipient Officium S. M. V.

Functionibus Ecclesiasticis modeste, & attente intersint.

Sepe confitentur, & Eucharistiam sumant.

Post quam gratias agant, & orent.

& in vulnera Christi hospitis amabilissimi abscondendo commendabunt.

XVII. Ut ab occultis Satanae, & naturae vitiatate insidiis facilius praeserventur, ab adolescentia assuecant, non raro cum Superioribus, Patre spirituali, & Confessario super statu hominis sui interioris conferre, & istem graviore, praesertim extraordinarios animi sui motus, & impulsus candide aperire, id quod ad cognitionem, & discretionem spirituum, an ex Deo sunt, nec ne plurimum prodesse dignoscitur.

XVIII. Singulis annis recollectioni spirituali, qui ejusdem capaces sunt, per aliquos dies vacabunt. Idem observetur in eorumdem susceptione ad hanc vitam, antequam jamentum praestent, adjungant etiam confessionem generalem totius vitae, nisi ante eam fecerint.

XIX. Majores junioribus, in observatione Constitutionum, tanquam speculum verae integritatis, pro viribus praecedant, & cogitent, se a pueritiae indulgentia ablactatos, jam ad veras, & solidas virtutes evocari: proinde spirituali fulgore, studiosis nempe virtutum, & exercitiorum haecenas praescriptorum actibus, in vera discretionem ubique praecedere conentur.

De morum honestate.

X. Ad eam integritatem morum, omnes, & singuli pro viribus attendant, ut castigationibus non indigeant, & si deliquerint, cito contriti, & humiliati, fateantur suam culpam, atque cum proposito seriae emendationis, se Superioris arbitrio submittant, sustinentes libenter poenitentias, quae pro qualitate delicti fuerint injunctae, idque sine resistuntia, aut murmuratione, vel frivola excusatione.

XI. Senectutem venerentur, & tam Domi Superioris, quam foris Sacerdotes, ac personas Ecclesiasticas quascumque, maxime vero praedecessores suos, & omnes homines secundum cuiusque status, Dignitatem ex animo venerentur, ac debitum honoris titulum impendant.

XII. In externis caeremoniis, quae in modo dictae reverentiae signum solent adhiberi, hypocriticam pseudopoliticorum simulationem, & ineptam gesticulationem, ut pestem fugiant, contra cum debita gravitate, modestia, & decore, ut recta prudensque distabit ratio, venerationem paucis ostendant.

XIII. Quoties Domi, vel foris, sibi invicem obviabunt, semper ii, qui sunt in inferiori Classe, adolescentes altiorum Classium, omnes vero, & singuli suos Superiores, aliosque Sacerdotes honore debito praevenerint, majores quoque detesto capite, Superiores vero, & Sacerdotes, etiam cum inclinatione corporis salutantes.

XIV. Coram Superioribus, & Majoribus se ultro non facile ad loquendum ingerant, ad interrogata vero paucis modeste, & graviter respondeant. Cum aequalibus ea agere, & loqui expedit, quae vel honestas, vel utilitas, vel necessitas commendat.

Non raro confitentur, Patrem spirituales, & Confessarium.

Aliquid ex ecclesiis vacent.

Majores junioribus exemplo sint.

In motibus proficiant, & si deliquerint poenitentiam agant.

Omnibus suis honorem deferant.

Utantur caeremoniis gravibus, & modestis.

Inferiores honestate praevenerint.

Cum superioribus raro, & modeste, cum aequalibus honeste loquantur.